UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

24. In Commemoratione Animarum, de pœna Purgatorii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

noſtra tantū ſalute ſolliciti. 2. quantū in nobis deſideriū excitare debeamus, vt aliquādo ad illos perueniamus, & tantis bonis fruamur. Sed quia ad tāta præmia nō peruenitur niſi per magnos labores; iamnunc ſtatue veſtigiis Chriſti & ſanctorum inſiſtere, licet mundus rideat, caro reclamet, dæmon rugiat.

IN COMMEMORATIONE ANIMARVM. 2. Nou.

Conſidera, quā graues pœnas ſuſtineāt animæ fideliū defunctorū in Purgatorio, nā S. Scriptura vocat pœnā ignis. & Patres, vt Aug. Greg. Beda, dicūt pœnā eſſe intolerabiliorem quauis pæna huius vitæ, quæ Martyribus vel latronib. inflicta fuit, vt S. Laurentio, S. Vincentio, S. Bartholomeo, & aliis. 2. conſidera diuturnitatē in pœnis, quæ non ad vnū diē, ſed ad multos annos ſæpe durant. Beda indicat quaſdā animas vſq; ad diem iudicij in ijs manere. Et Eccleſia anniuerſaria ſacra celebrat etiā pro ijs, qui ante 100 vel 200 annos obierunt.

Cōſidera vt in fide Purgatorij firmior ſis, & in pietatis ſtudio cōſtātior. 1. coinquinatū nihil vel immūdū ſiue lethali ſiue leuiore peccato poſſe intrare regnū cœlorū, vt eſt in Apoc. 2. quā pauci ſint, qui peccatorū

venialium expertes ſint, aut pro pecca
lethalibus & venialibus licet remiſſis ſa
fecerint. 3. quanta Dei ſit miſericordi
patientia. quod poſt hanc vitã (cũ necm
rendi, nec peccandi amplius tẽpus eſt)
luerit nos purgari ab his maculis, & prec
bus viuentium iuuari 4. quis ſtatus tuæ
cõſciẽtiæ, an ſyncerè omnia peccata m
talia & ſingula confeſſus fueris, an vt deb
de eis dolueris, an ſatisfeceris, an in h
genere orationib. & aliis bonis operibus
nimas defunctorũ iuueris? ijsq; meru
tibi poſt hanc vitam etiam auxiliũ alio

3. Cõſidera, quare tenearis merito anim
bus illis hoc die & alias ſubuenire 1. q
ſeipſos iuuare nequeũt niſi ſolutione p
acta vſq, ad vltimũ quadrantẽ. 2. quia ſ
in carcere, quos Dominus iubet viſitari
quia lex naturæ poſtulat, vt quod nob
fieri vellemus aliis faciamus. 4. quia ſu
omnes noſtri fratres, & filij Dei, ſunt en
in gratia & iuſti. 5. quia implorant opẽ n
ſtram iunctis manibus, vti quibuſdam ſa
ctis apparuere. 6. quia multa præſidia n
bis ſuppetunt, quibus iuuari queunt. Pr
mum eſt ſacrificium Miſſæ. 2. orationes
eleemoſynæ. 4. ieiunia, diſciplinæ, peregr
nationes, ſi hæc faciamus in gratia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN